



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

Approbationes Eximiorum Doctorum Almae & Celeberrimae Vnivers.  
Coloniensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

# APPROBATIONES

*Eximiorum Doctorum Alma & Celeberrime Univers. Coloniensis.*

## JUDICIUM DE LIBRO NOVO ANTI-DECALOGVS Theologico - Politicus in scripto.

**N**ovus Theologus novus infernus, vetus est, & utinam non novum, verumque dictum! Cadit verò non in probæ vitæ, sanæque doctrinæ *Theologum*, qui inconcussæ *Decalogi* basi innixus, juxta & *Scripturæ*, & *Patrum* regulas, ea in lucem dogmata profert, quæ *lector* cœlum monstrant, & *factor* lucem perennem pollicentur. At in quemlibet *Theologastrum* quadrat, qui novitatis, vanique nominis, avidus, eas orbi Christiano super vitæ, ac morum compositione conceptas sententias in libris suis obtrudit, quæ præceptis *Decalogi* è diametro oppositæ, *lectorem*, *factorem*que à planâ cœli viâ in timendam orci abyssum præcipitant, eoque titulo non tam prælo, quàm Vulcano dignas reor.

reor. Sanè quid inter utrumque interfit, Ad-  
modum Reverendus Pater LAURENTIUS à  
DRIPT, Ordinis S. Benedicti infigne lumen,  
per hunc suum *Anti-Decalogum Theologico-  
Politicum*, uti multijugæ eruditionis & indu-  
ltriæ, ita & hoc nomine nunquam satis lau-  
datum opus, nervosè docet. Inspice, lector,  
Patris *Lectoris* opus, lege, fat scio, mecum  
senties, & sentiet, quicumque de novis dog-  
matibus istis, à quibus castæ, & purgatæ au-  
res abhorrent, rectè sentit. Inspice, ac lege  
etiam Tu, Theologe, ac Tu Theologaster,  
*Authoriq;* *Lectori* gratias uterque age. Uter-  
que hîc, quod tibi scito opus, in opere præ-  
claro, invenies: Tu, ut deinceps doceas, quæ  
benè docuisti: Tu, ut dedoceas, quæ malè  
docuisti. Ita sentiebam 21. Martij, die S. Pa-  
triarchæ Benedicto sacrâ, Anno 1671.

*Wernerus Francken, SS. Theol. Doctor,  
& Collegij ad SS. Apost. Decanus.*

)(5

Divo

**D**Ivo Paulo Doctore gentium teste ad  
Hebræos cap. 5. v. 13. & 14. *Omnis qui  
lactis est particeps, expers est sermonis justitiæ,  
perfectorum autem solidus est cibus, eorum,  
qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent  
sensus ad discretionem boni & mali.* Laxita-  
tum Patroni lactantes, lac potum dant, non  
solidam escam, *Antidecalogus* verò *Theolo-  
gico Politicus* singulari indultriâ, summa do-  
ctrinâ, & dexteritate reformatus per Admo-  
dum Reverendum & Religiosissimum Pa-  
trem LAURENTIUM à DRIPT, Ordinis S.  
Benedicti Professum contra benigniores  
nonnullorum interpretationes à laxitati-  
bus ablactans dat saniozem in discretio-  
nem boni ac mali escam hinc dignus, ut lu-  
cem aspiciat, literarum amantium Musæa  
ornet, mensas honoret, Lectoremque cibo  
solido reficiat, & satiet. Sic judico & sentio  
Coloniæ 1671. 22. Martij.

*Godefridus Molanus S. T. Doct. & Prof.  
Ordinar. ad SS. Severinum & Pau-  
lum Canon. & Pastor, Seren. Princi-  
pis Archiep. & Electoris Colon. Com-  
missar. Ecclesiast. Prothonot. Apost.*

Quàm

ad  
qui  
ia,  
m,  
ent  
ta-  
on  
lo-  
lo-  
no-  
pa-  
S.  
res  
ti-  
o-  
lu-  
za  
oo  
io  
of.  
u-  
ci-  
m-  
m

Quàm nervosè monet severus Cato,  
quàm facundè suadet aureus Orator ho-  
mil. 44. in Matth. *Si vestimentum empturus,*  
*unum gyrat negotiatorem & alterum, & ibi*  
*meliore vestes invenerit, ab illo comparat; an*  
*non oportet populum circumire omnes Doctores,*  
*& inquirere, ubi sincerè Christi veritas venun-*  
*datur, & ubi corrupta, meliorem inquirere,*  
*plusquam vestimentum?* Quidni ergò ro-  
gandus Lector, ut damnata nonnullorum  
dogmata nec legat, neq; periculosas aliquo-  
rum Novatorum opiniones sequatur; imò  
& monendus, ut sedulò evolvat hunc *Anti-*  
*Decalogum* ingeniosè elaboratum, securissi-  
meque vulgatum pro fidei augmento, & te-  
merariæ doctrinæ decremento: eò vel ma-  
ximè, quòd fideles *dilacerentur gravius à*  
*pravis Doctoribus, quàm à cruentissimis ho-*  
*stibus?* ut cum ploratu cordis in *epist ad Au-*  
*gustin* conqueritur *Orisius*. Cum ergò varij  
Pontifices præcipiant, quòd *in dubijs, quæ*  
*salutem animæ respiciunt, ad vitandos graves*  
*remorsus conscientie, pars securior sit tenenda,*  
ut in *Clement. Exivi. de V.S.* & in *c. ad audien-*  
*tiam 12 de homicid.* sicut & in *c. juvenis 3. de*  
*sponsalib.* Nos infra scripti non tam appro-

bandum censemus hunc *Anti-Decalogum*,  
quàm gratificandum *Eruditissimo* ac *Nobi-*  
*lissimo* ejusdem *Authori*; & ab illo peten-  
dum, ut ulterioribus scriptis cohibeat cœ-  
cos, & impugnet duces cœcorum: ne ingre-  
diantur, ac suadeant *viam, quæ* ex opere be-  
nè opinantis *videtur homini recta*, Proverb.  
16.25. & *novissima illius* ex opere malè ope-  
rantis *ducit in interitum*. Colonia in Con-  
ventu S. Crucis Ordinis Prædicatorum,  
M. DC. LXXI. in festo S. Gregorij Ma-  
gni, Maximi laxitatum censoris, ac osoris.

*Fr. Casparus von Collen Ord. Præd.*  
*S. T. Doctor, p. t. Prior Conven-*  
*tus Coloniensis, & ad tractum*  
*Rheni ac Moselle Vicarius Pro-*  
*vincialis.*

*Fr. Henricus Hilden, Ord. Prædic.*  
*S. Theol. Doctor, & in Universi-*  
*tate Coloniensi Publicus, & Or-*  
*dinarius ejusdem Professor: ac*  
*in Conventu Generalis Studij*  
*Regens.*

*Anti-*

**A**ntidecalogum Theologico-Politicum,  
seu Decalogum perniciosis moralista-  
rum quorundam laxitatibus & pravis hære-  
ticorum dogmatibus deformatum, quem-  
admodum Reverendus ac Religiosus Pater  
LAURENTIUS à DRIPT, Ordinis S. Benedi-  
cti, SS. Theologiæ Lector, nunc sistit reli-  
giosè reformatum legi; & quia in eodem ni-  
hil Christianæ fidei, vel probatis Christia-  
norum moribus contrarium; sed veram po-  
tius ab Authore prædicto solidè ac mode-  
stè propugnatam doctrinam reperi, publicâ  
luce, ac prælo judico dignum, ut timorato-  
rum manibus teratur. Dabam Coloniz 25.  
Martij Anno 1671.

*Joannes Syberk SS. Theologia Do-  
ctor ac Professor Ordinarius  
Collegiatae Ecclesiae S. Andreae  
Canon. Presbyter.*

**L**ibrum (qui inscribitur *AntiDecalogus*  
*Theologico-Politicus reformatus &c.*)  
eruditè compositum ab Adm. Rever. Patre  
LAURENTIO à DRIPT: Ordinis S. Benedi-  
cti SS. Theol. Lectore &c. legi, & nihil fidei  
aut Christianis moribus contrarium reperi,  
sed potius utilissima morum documenta, tu-  
tas conscientiaè formandæ regulas, atque an-  
tiquam & sanam doctrinam à dicto Autho-  
re solide propugnatam rejectis atque refu-  
tatis quorundam Moralistarum perniciosis  
laxitatibus & hæreticis Machiavelli, ejusque  
asseclarum pseudopoliticorum sententijs.  
Hinc prælo & publicâ luce dignum censeo.  
Datum Colonia in Conventu S. P. Augu-  
stini Anno Domini 1671. die 23. Martij.

*Fr. Joannes Schweiker / Ord. Erem.  
S. P. Augustini SS. Theol. Doctor  
& Professor.*

*Quem-*



QVemadmodum olim in lege Mosaica,  
scribæ & Pharisæi quædam Decalogi  
præcepta pravis suis interpretationibus, sub  
specie traditionum Majorum perverterunt,  
rudemque plebem, sibi velut Legis Docto-  
ribus obsequentem, in præcipitia transgres-  
sionum devolverunt: ita hodie dum pluri-  
mos laxitatum Cusores & Præcones reperi-  
re est, qui opinionum suarum commentis,  
sub probabilitatis prætextu, ansam præbent  
Christianis legem transgrediendi Evangeli-  
cam, asserentes, unicuique licere, quidquid  
propria conscientia probabilitate subnixa,  
agendum dictaverit. Contra quos Admo-  
dum Reverendus, & Pereruditus Pater ac  
DOMINUS LAURENTIUS à DRIPT Venlo-  
nensis, Ordinis S.P. Benedicti Presbyter. SS.  
Theol. plures in annos indefessus Lector  
&c. in *Anti-Decalogo* suo insigni, rarâ, & clarâ  
eruditione, Authorum nominibus religiosè  
suppressis elaborato, calamum suum strinxit,  
quem proinde prælo & publicâ luce dignum  
censeo, utilemque judico, ut à timoratis con-  
sciētijis legatur. Colon. Agrip. 23. Mart. 1671.

F. Theodorus Deghens; SS. Theol. Doctor &  
Professor Ordinar. Canonico. Regularium  
S. Crucis Domus Coloniensis Prior.

Censura